



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

XXIV. Papst Honorius III. befiehlt den Streit des Domcapitels mit dem Archidiaconus des Landes Balsamien wegen der Obediens der Pfarrer in den Capitelsdörfern zu schlichten, am 2. Juni 1220.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

XXIII. Papsi Honorius III. bestätigt dem Domstifte die Befreiung von den Synoden so wie von dem Interdict und der Excommunication, am 18. Mai 1220.

Honorius episcopus, servus servorum dei, Dilectis filiis preposito et fratribus de Stendale — vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu, ad exemplar felicis recordacionis Celestini pape predecessoris nostri vobis auctoritate presentium indulgemus, ut nulli sinodum in ecclesia vestra vobis invitis liceat celebrare, Auctoritate etiam apostolica prohibemus, ne quisquam episcopus vel prelatus personas vestras excommunicationi aut vestram ecclesiam presumat subicere interdicto, salva sedis apostolice et ipsius legati auctoritate. Nulli igitur etc. Datum apud urbem veterem XV. kal. Junij, pontificatus nostri anno quarto.

XXIV. Papsi Honorius III. befiehlt den Streit des Domcapitels mit dem Archidiaconus des Landes Balsamien wegen der Obedienz der Pfarrer in den Capitelsdörfern zu schlichten, am 2. Juni 1220.

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Scolastico, Custodi, Ludolfo Canonico Magdeburgensi Salutem et apostolicam benedictionem. Dilectorum filiorum prepositi et Capituli ecclesie de Stendale accepimus questionem, quod Archidiaconus Balsamie, halberstadenfis diocesis, a Cappellanis ecclesiarum suarum obedientiam et reuerentiam exigit minus iuste, ipsos et predictas ecclesias super hiis et aliis contra iustitiam aggravando in eorum preiudicium et grauamen. Quo circa discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus uocatis, qui fuerint euocandi et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellatione postposita statuatis, facientes quod decreueritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, per censuram eandem cessante appellatione cogatis ueritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo ueltrum ea nichilominus exequantur. Datum viterbii, III. non. Junii, pontificatus nostri Anno Quarto.

XXV. Siegfried Graf in Osterburg erneuet die von seinem Vater Albert in die Hände der Stifter des Domstifts gemachten Schenkungen, am 10. Mai 1225.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Liqueat tam presentibus quam futuris, quod ego Sifridus, dei gratia comes in Ostirburch post obitum patris mei Alberti felicis memorie comitis in Ostirburch resignationem ab ipso pie factam in manus fundatorum ecclesie sancti Nicolai in Stendale spontaneus inuouo, Et donationem ab eisdem fundatoribus ob salutem animarum suarum eidem ecclesie pie factam, ratam habeo, hoc ipsum confirmando, videlicet ut ville Rokinze et Slavtitz ab omni iure et ab omni onere facto utriusque nostrum sicut et villa Garlip sint exempte, quod vel ego vel successores mei ab aliis villis in eadem comitia constitutis consueuerunt exigere debitum vel